

visitare et exaltare dignetur: probis moribus decorando: cumque fidelibus uiuis et defunctis requiem tribuat. ipse qui in trinitate perfecta uiuit et regnat per omnia secula seculorum. Amen.

*Sequitur nunc orationes de martyribus  
et de sancto Stephano protomartyre.*

**S**anctissime protomartyr: et dignissime leuita **Thusti** Stephane. qui primus dominice passionis vexilla tulisti. qui primus benedictionem leuiticam. plenitudine sancti spiritus et apostolica electione promeruisti. ad te confugio: te inuoco: te suppliciter et obnixè deprecor. ut intercedere digneris pro me nimis fragili et indigno ad dominam ipsam christum quem que: cum in agone esses: ad dexteram patris stare respiciens pro ipsis etiam tuis lapidatoribus exorasti. Adiuua me quoque immaculate et iunctissime testis ueritatis: ut quod tuo exemplo nec in ceteris uiuere. nec gloriose mori: ualeo saltem processu mihi pro dominum et tue intercessionis merita spacio vite mee. sordes ita congrua emendatione

diluiam: vt in articulo mortis ab auditione mala liberatus: sententiā perpetue dānationis euadam per.

**O** Bsecro **Alia oratio ad eundē.**  
te scē Stephane leuita ⁊ martyr xpi. vt pro me ad dñm Iesum xpm p cuius cōfessione primū martyriū suscepisti: orare digneris. vt sicut ille donauit tibi paciētiā inter ictus lapidū ⁊ celum apertū videre: sic me inter tentationes esse paciētē. ⁊ diuina semper mente cōtemplari: atq; ex charitate profribus dilectis exorare: ⁊ ad vitā eternā tuo pio interuētū q̄ntotius puenire faciat. Qui vi. **v. Ecce video celos apertos ⁊ Iesum stantē a dexteris sedentis dei.**

**O** nobis quīs domine **Oratio**  
imitari qđ colimus: vt discam⁹ ⁊ inimicos diligere: qz eius memoriā agimus: q̄ nouit etiā pro psecutorib⁹ exorare. Dñm nostrum iesum xpm qui secū vi. **v. De scō Vincentio Oratio.**

**O** Beate vincēti martyr xpi inclite  
exora pro me deū omnipotentē.